



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

XI. De magna dulcedine & consolatione in Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

valet & agit charitas! Tunc loqueris illi verbum tuum secretissime, & ostendis ei omnia novissima & antiqua in charitate & fruitione felicissima, ubi finiuntur omnia verba humana.

Ex tunc facis maxime tibi confidentem de æterna requie, de Sanctorum consocietate: quia prærogando pignus spiritualis gratiæ, valentiorum utique reddis ad speranda, quæ non videt, & ad spernenda præsentia, quæ sensu tenet.

Recordare mei pauperis mendici (Pater bone) per viscera misericordiæ tuæ, & mitte panem de cælo verum, verbum bonum, consolatione & gratia plenum.

CAP. XI. *De magna dulcedine
& consolatione in Deo.*

Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi? *Psal. 34.*

Unus est, & similis illi non est, Deus meus est; & omne comparatum ei, nihil est. Dilectus inimicus, & amicus fidelissimus; qui amantem se nunquam deserit, sed

Deus amicus fidelissimus.

430 SOLILOQUIUM
sed cum amante se libenter so-
ciat.

Et si aliquando se abscondit,
aut angustiam permittit; non hoc
agit ut reprobet; sed ut probet,
purget, & erudiat.

Non ergo omnino tunc dese-
rit, sed etiam sapientius instruit,
ut appareat qualis quisque ex se
sit, & quousque pervenerit.

Pulcher es, Dilecte mi, & a-
mabilis valde, non carni, sed
menti, non oculo aut sensui ali-
cui, sed animæ credenti, mun-
dum cor habenti, & ad invisibilia
atque spiritualia se transferenti.

Cujus ta-
men unio
non con-
sistit si-
mul cum
amore
carnali:

Qui ergo tibi per devotionis
affectum uniri desiderat, necesse
est, ut omnem carnalem affectum
in se mortificet, & puritatem
conscientiæ maximè custodiat.

Displicet enim tibi, si quis
graditur ad fragiles creaturas
pro mendicando solatio.

Propterea introrsus me vocas,
ut amem te, & jubes, ut expectem
te; quoniam tunc inveniam te,
quotiescumque me postpono: &
sicut tu vis, ita & ego volo.

Et hoc erit totum bonum
meum,

meum, ut gratis te colam, gratis
serviam: nullam timens amissio-
nem, nec aliquam faciens cum a-
more avaritiam, quia pure aman-
tem approbas animam. O illam
unam, in vita & in morte tibi so-
liunitam!

Aut etiam mer-
cenario,
quo Deus
non colitur
gratis
propter
seipsum.

Ego autem longe à te proje-
ctus, sæpe eo per aliam viam a-
mando res perituras; non sicut
oportet, nec ad quem finem de-
cet.

2. Sed ne cum his peream, re-
vertar citius, considerando in
eis laudes tuas, & ad te affectio-
nes meas dirigendo.

Ex crea-
turis e-
ruenda
laus Crea-
toris.

Tu Domine Deus meus, qui
omnia fecisti ex nihilo, da ex o-
mnibus psallere nomini sancto
tuo. Tua est enim potentia, tua
est sapientia, tua bonitas ac pie-
tas, æterna quoque majestas &
gloria.

*Regnum tuum, regnum om-
nium seculorum: & dominatio
tua in omni generatione & ge-
neratione. Tu omnia disponis,
quæ sursum sunt & quæ in terris.*

Psal. 144

Omnia cognoscis, omnia in
manu tua habes: nihil tibi resi-

Ff

stic,

stit, nihil te conturbat: sed cum tranquillitate omnia iudicas; & rebelles etiam tibi subicis, & servire facis.

Cujus
potentia,
sapientia
& bonitas
relucent
in omni-
bus.

Scis omnia, quæ geruntur in universo: & antequam fiant, certo fine conclusisti. Tu es Deus cœli & terræ, visibillum & invisibillum creator & gubernator, omniumque temporum disposito-
tor.

Conserva, quæso, per orbem famulos tuos longe lateque dispersos, tuo tamen servitio specialiter deputatos. Fac eos enarrare laudes tuas, & voce consona ubique gloriam tuam prædicare.

Excita corda eorum valenter in amore tui: & dona eis omnia opera sua sancto fine consummare.

Præfer-
tim in
sanctis &
electis.

3. O quam pius, quam dulcis es diligētibus te? quam bene places gustantibus te? Qui experti sunt suavitatem tuam, norunt inde melius cogitare & loqui.

Vincit enim tua dulcedo omnem dulcedinem, & dulcorat omnem amaritadinem,

Domine Deus meus, de te viri sancti locuti sunt, & prophetae non tacuerunt. Quor-

Quotquot fuerunt Sancti ab initio mundi, in te crediderunt, tibi seruiuerunt, in hostiis & muneribus te coluerunt, nomen sanctum tuum laudauerunt & benedixerunt, quia te Creatorem suū, & omnium rerum conditorem cognouerunt, & in te super omnia sperauerunt.

Cognouerunt te in visionibus suis: tu siquidem revelasti eis nomen tuum, alium præter te nescierunt.

Custodierunt legem mandatorum tuorum, quam eis dedisti. Non sunt secuti, falsorum deorum figmenta stultissima: sed adorauerunt te Viventē in secula seculorum, qui creasti omnia.

Levaverunt vocem suam in confessione laudis tuæ: quia tu de excelsis clamorem magnum auribus eorum infudisti, dicens: *Ego sum, qui sum. Ante me non est formatus Deus, & post me non erit.* Feci, quæ futura sunt; & præterita non perierunt à memoria mea.

Hæc audientes & intelligentes elevaverunt etiam in longin-

Qui fortes in fide spe & charitate adhæserunt Deo:

Exod. 3.

Isa. 43.

quo fidei oculos, credentes quia salvos nos faciet Dominus; & qui venturus est, veniet, & non mentietur.

Hæc præscientes, consolati sunt non minimum; & vehementer admirantes præsentiam ætæ majestatis, præ stupore defecerunt.

Respirantes paulisper, & præ gaudio aspicientes Deipotentiam venientem, dixerunt: Ipse est, ipse est, Dominus Deus noster est, & alius non est. Ipse cepit, & salvabit nos. Non potest negare seipsum, quoniam verus est.

Sicut audivimus, ita & vidimus: sicut credimus, sic & loquimur, & testamur veritati. Semel locutus est Deus: dixit, & facta sunt. Dixit, *Consilium meum stabit*, vestrum filii hominum, peribit.

Mich. 2. 4. *Væ, qui cogitatis inutile, & post verba Dei ridetis. Væ, qui fingitis de corde vestro sapientiam, & in potentia vestra erigimini.*

Audite verbum Domini, qui
qua-

quæritis Dominum; scitote quia *Osea 4.*
judicium ejus cum habitatori-
bis terra.

Non est bonum, si averſi fue-
 ritis; ſtate, & conſiderate vias e-
 jus. Revertimini & venite, liben-
 ter ſuſcipiet vos; quia miſericors
 & clemens eſt Dominus.

Nec ſicut homo iram ſervat,
 ſed omnia peccata donat, inſu-
 per & gratiam priorem cum po-
 ſteriore reſtituet. Tantum toto
 corde convertimini, & donate
 vos illi ad ſerviendum mente fi-
 deli.

Et hinc
 alios
 quoque
 ad Deum
 provo-
 cant.

Hæc vox Sanctorum in auri-
 bus meis. Quasi melos in convi-
 vio, & quasi thus redolens de
 thuribulo, ſic eſt verbum Dei in
 corde puro.

Sancti autem tui Domine re-
 pleti Spiritu tuo, memoriam ab-
 undantiæ ſuavitatis ſuæ eruſta-
 verunt, & eloquia ſua nobis eru-
 ſtanda reliquerunt.

Meus autem fermo ſæpe clau-
 ditur inter anguſtias: aſcendendi
 iter non habet. Sed ſi igitis de-
 ſurſum venerit, erit ignitum elo-

quum meum. Et si incanduerit,
mox consumet me.

Non subsistam à facie ejus:
quia sicut à vento palea, sic tol-
letur de corde mœstitia: & sicut
rubigo ab igne; consumentur
peccata mea.

Ignis divinus omnia combu-
rens, mundabit arcam cordis. De-
scende, & accende; modicum
tange me, & evolabo.

Præterita non erunt, & futura
non computabuntur, quia omnia
mala oblivioni tradentur.

Vetera transient, in abundan-
tia nova venient, & affluent desi-
deria sancta, atque ex omni la-
tere consurgent, ubicumque fla-
verit Spiritus almus.

**Mira mu-
tatio ho-
minis di-
vino a-
more
succensi,**

σ. Timor non erit, sed omne
totum implebit, cessabitq; quas-
fatio; nã dextræ Dei est hæc mu-
tatio. Ideo quod loquor, nõ mea,
sed eius est laudatio. Consolatio
luggenti est; panis datur petenti;
haustum suscepit sitiens.

Manus ægro data est; vacil-
lanti baculus venit. Deficiens vi-
res resumpsit; requiem lassus in-
venit,

De-

Desperanti nova lux oriri vi-
sa est; clamanti venit responsum.
Caliganti infulsit dulce lumen,
ignoranti via patuit, & porta il-
lico est reſerata pulſanti: adfuit
veritas, titubanti ſuccurrit au-
ctoritas, affectanter quærenti
obviavit mater charitas.

Cupienti Dilecto loqui, oc-
currit lætior ipſe: Ecce adſum,
inquit; dic quid novi nunc acci-
dit. An tibi excidit, pro me pati
& agere debere.

Volentem cum eo pergere,
ne hoc prohibuit. Statimque a-
ſcendi, & oblitus ſum quicquid
moleſtiæ habui.

Deſiderantem cum ipſo habi-
tare, noluit me contriſtare: ſed
læmibus verbis edocuit, quia mo-
dò id fieri non convenit. Deſide-
rium tuum bonum eſt, & placet
oratio, quam præſentasti mihi:
ſed oportet adhuc differri.

Vade, & revertere in domum
tuam; & annuncia tuis, quanta
fecit tibi Dominus. Et dic eis:
Præparate ſinguli corda veſtra;
& deponite grave onus peccati;
& ſitis cauti & fortes, adverſus
inſidias diaboli.

Deſideriū
ejus ma-
nendi cū
Dilecto,

Differtur
ad tem-
pus certo
conſilio.

Vi-

Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Tempus prope est, ut paratos vos inveniam. Ecce prædixi vobis.

CAP. XII. De unico & summo bono quarendo.

Psal. 34.

Anima
non quiescit
nisi
obtentio
summo
bono:

Dic anima mea, Salus tuus ego sum.

O quàm nobilis es anima, quàm mira virtus in te latet: quæ quiescere non vales nisi summo adeptò bono, & ultimato invento fine! Quo cognito & invento, cessat motus tuus.

O bonum super omne bonum! Ô finis sine fine, quando fruar te sine modo, & sine fine! Multa hic invenio bona, sed quæ alterant, non quæ satiant.

Luc. 10.

Porro unum est necessarium. Hoc unum quæro, hoc unum desidero, Propter unum omnia, & ex uno omnia. Hæc si habuero, contentus ero: & nisi potitus fuero, semper fluctuo: quia multa me implere non possunt.

§ quali bono!

Quid hoc unum? Nescio dicere, desiderare me sentio, quo nihil

nihil
nec
N
omnia
Deu
inhæ
dico
me&

2
ma
meli
mult
ex n
C
jung
con
C
abe
nur
I
in n
lius
con
bit
qu
vit
&
oc